



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118510**

§. 21. Sanctes Pagninus mortuus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](#)

**Sæcul. XVI.** primo tomo executus est, ibidem tamen  
 A.C. 1541. non nisi Latinam recenset versionem  
 primorum sex generalium, nec non sex  
 Provincialium Conciliorum, nempe An-  
 cyrani, Neo-Cæsareensis, Gangrensis,  
 Sardicensis, Antiocheni & Laodicensis.  
 Præterea intrusit etiam Diploma de do-  
 natione Constantini, quod tamen nullius  
 est auctoritatis: Deest vero Concilium  
 V. generale circa tria capitula anno  
 Christi quingentesimo quinquagesimo  
 tertio celebratum. Jam ut paucis to-  
 tum complectar, hoc opus parum cele-  
 bratur, atque id unice ejus auctori in ac-  
 ceptis referendum, quod suo exemplo  
 solertiam plurium aliorum excitaverit,  
 qui posteris ejusmodi collectiones longe  
 magis auctas, magisque exactas reli-  
 querunt.

## §. XXI.

*Sanctes Pagninus mortuus.*

*Sixt. Sen. in* Sanctes Pagninus Lucensis Ordinis FF.  
*Bibl. sacra.* Prædicatorum alumnus, Vir erat  
*Leand. Alb.* doctissimus, ac linguarum Orientalium  
*descript.* Hebraicæ, Arabicæ ac Chaldeæ peri-  
*Ital. &c. de* tia longe celeberrimus. Hic idem to-  
*Vir. illustr.* Dominic. tum sacrum Codicem latine reddidit,  
 quem laborem post D. Hieronymum  
 nullus hucusque ea, qua par erat, in-  
 tegritate perfecit, nec minus scripsit  
 Pagninus *Isagogen ad sacras Literas*, seu  
 in-

introductionem pro studio divinarum li- Sæcul. XVI.  
terarum: Præterea tractatum, cui ti- A.C. 1541.  
tulus: *Thesaurus linguae sandæ*, edidit  
præter plures alios libros, quos Sixtus  
Senensis recenset. Obiit Lugduni die  
vigesima quarta Augusti hoc anno salu-  
tis millesimo quingentesimo quadrage-  
simo primo, & sepultus est in ejusdem  
urbis Ecclesia ac subter Ordinis Fratrum  
Prædicatorum choro.

## §. XXII.

*Querelæ contra sermonem cujusdam  
Fratri ex Ordine S. Augustini  
ad Facultatem Theologicam  
delatae.*

Hoc item anno post Christum natum Argent. Coll.  
millesimo quingentesimo quadra- jud. app. t. I.  
gesimo primo die quinta Januarii Pari- r. 10. coll. 2.  
fina Facultas Theologica exceptit que-  
relas, quæ contra sermonem a Joanne  
Barentono Ordinis S. Augustini prola-  
tum deferebantur; nam hic in Ecclesia  
S. Severini occurrente festo S. Stephani  
hanc propositionem: *Sandi non fa-*  
*ciunt miracula*, ad populum dixit, ac tri-  
bus etiam vicibus hæc verba repetiit:  
*Ita est, dixi vobis, quod Sandi non fa-*  
*ciant miracula.* Igitur hic Religiosus  
comparere jubetur, ipse vero suam ex-  
plicans propositionem ita effatus est:  
San-